



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Presbytero non baptirato. Tit. XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

- 2 Baptismi materia remota est aqua naturalis, quamvis sit putei, maris, pluviae, balnei, & sine sit calida, sine frigida, sine tincta colore.
- 3 Infans in utero matris existens minime potest baptizari, cum ad illum aqua immitti non possit.
- 4 Baptismo sanguinis baptizata proles in utero existens, salvatur, & martyr efficitur, si mulier praegnans pro Christo, vel eius fide occidatur.

CAP. Non ut apponeres. V.

Materia, vel forma, id est, verbum, vel elementum ubi deest in Baptismo, non est Baptismus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butr. Host. Anchar. Henric. Panor. Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 416. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 540. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 37. cap. 5.

Et Elementum. Materia igitur remota Baptismi est aqua naturalis, Concil. Trident. sess. 7. de Baptismo, canon. 2. quamvis sit putei, maris, pluviae, balnei, etiam si ex sulphure, aut cinere destuat, & sine sit calida, sine frigida, sine tincta colore: unde per contrarium non esset materia remota Baptismi cernisia, sputum, seu saliva, sudor, lac, vrina, lachryma, aqua rosacea, aqua à vite profluens, aut alius liquor artificialis, specie differens ab aqua naturali: ita ut si quis ex his adhiberit, graviter peccaret, nec valide baptizaret. Colliges haec ex D. Thom. 3. p. 69. art. 4. Scot. in 4. dist. 3. quest. vnic. art. 4. Nauar. in man. c. 22. n. 5. Card. Bellarm. lib. 1. de Baptismo, c. 4. & lib. 12. c. 1. versio. de materia Baptismi, Henric. in summ. lib. 2. c. 6. §. 1. & 2. Soar. tom. 3. disp. 20. sect. 1. Valent. tom. 4. disp. 1. g. 1. puncto 2. Fr. Emman. in summa tom. 1. c. 2. §. n. 1. Vinald. in candelabro aureo, ubi de Baptismo, c. 2. n. 4. Jacob. de Graff. in aureis decision. p. 2. lib. 1. c. 3. n. 16. Pollucin. de officio Curati, ubi de Baptismo, n. 2. & 3. Chamer. tract. 2. de Baptismo, c. 2. dub. 1. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 27. n. 10. & 11. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. ubi de Baptismo, c. 3. Aegid. de Coninch. de Sacram. & censuris, tom. 3. q. 66. art. 4. n. 20. cum seqq. latè Bonac. de Sacram. disp. 2. q. 2. puncto 3.

Vnde infertur infantem in utero matris existentem minime posse baptizari, cum ad illum aqua immitti non possit, ita S. Thom. d. p. 3. q. 68. art. 1. ubi Vasquez, & Pesant. Couar. in c. alma mater. p. 2. §. 2. n. 8. post princ. Valent. d. puncto 2. versio. tertio sequitur, Valer. Reginald. d. lib. 27. n. 16. Aegid. de Coninch. d. tom. 1. q. 68. art. 11. & n. 89. Bonac. d. puncto 3. n. 24. Baptismo tamen sanguinis proles in utero existens baptizata salvabitur, & martyr efficitur si mulier praegnans pro Christo, vel eius fide occidatur, Scot. d. q. vnic. art. 1. versio. secunda propositio, Caiet. 2. 2. q. 12. art. 1. ad 1. Sà in aphorismis, verbo Martyrium, n. 3. Henric. in sum. lib. 2. c. 22. §. 4. & c. 38. §. 2.

CAP. Licet. VI. & vlt.

Graecis praecipitur ne baptizent eos, qui fuerunt baptizati à Latinis sub poena excommunicationis, & depositionis ab officio, & beneficio, nec debent reputare coquinata Altaria, & super quibus Latini celebraverunt, & consequenter, nec leuare antequam sacrificent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butr. Host. Henric. Anchar. Panor. Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 434. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 539. remissive Barbol. Collect. Tom. II.

Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. c. 4. & refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 16. c. 1.

Baptizatos etiam à Latinis ipsi Graeci, &c. Sic & eodem modo Latini, qui vtuntur forma Graecorum valide baptizant, quamvis graviter peccarent non seruando ritum Ecclesiae suae in re graui, & vtendo alio modo, quam consuetudo, ita Soar. tom. 3. disp. 21. sect. 2. concl. 1. versio. rursus inquiri potest, Vinald. in candelabro aureo, ubi de Baptismo, cap. 2. num. 9. Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 1. c. 3. n. 27. Henric. Tolet. & plures alij, quos refert Bonac. de Sacram. disp. 2. q. 2. puncto 4. num. 4.



De Presbytero non baptizato.

Tit. XLIII.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Panor. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 116. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 176. Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 150. versio. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. a pag. 508. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Callan. & Anast. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthagera in exposit. tit. iuris Canon. nouissimè Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Ordinis characterem non recipit qui non baptizatus ordinatur, & n. 2.
- 3 Ordines illi, qui non est Confirmatus, valide quamvis non licite conferri possunt.

CAP. Si quis Presbyter. I.

Ex Concil. apud Compendium.

Presbyter si cognoscatur quod non fuerit Baptizatus denovo debet ordinari, & iterum baptizari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Host. Henric. Anchar. Panor. Cened. collect. 98. Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 439. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 541. remissive Ximen. in concord. p. 1. defumitur ex Conc. apud Compendium c. 15. refertur à Burchard. lib. 4. Decretorum, c. 74. & Iuo. p. 1. c. 283. & ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 3. cap. 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. defumunt Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacramentis, ubi de Sacramento Ordinis, c. 6. concl. 2. Aegid. de Coninch. de Sacram. & censuris, tom. 2. disp. 20. dub. 10. n. 96. concl. 2. Bonac. de Sacram. disp. 3. quest. vnic. punct. 5. n. 6. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 1. n. 23.

Vtrum autem idem dicendum sit de illo, qui confirmatione caret? Respondeo negativè, nam Ordines ei, qui non est Confirmatus, valide quamvis non licite conferri possunt, valide quia Ordo non necessariè supponit characterem Confirmationis; non licite tamen, quia in Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 4. prohibentur initiati Tonsura, qui Sacramentum

N n Confir

Confirmationis non suscepit, quare ita tenent D. Thom. in suppl. ad 3. p. q. 35. art. 4. Sot. in 4. dist. 22. art. 4. circa finem, Viç. in summ. de Sacram. concl. 234. Nauarr. in man. c. 22. n. 9. Henric. in summ. lib. 10. c. 14. in comment. lit. P. Valent. in 3. p. D. Thomae disp. 5. q. 2. punct. 2. vers. characterem, subiungens neque transgressionem istam habere aliquam censuram annexam, Soar. tom. 3. disp. 38. sect. 11. Valer. Reginald. in praxi rerum firi punit. lib. 28. num. 34. Egid. de Coninch. de Sacram. & censuris, tom. 1. q. 72. art. 8. n. 90. & tom. 2. disp. 20. dub. 10. n. 102. Bonacin. de Sacram. disp. 8. quest. vnic. puncto 5. n. 9. Campan. de diversorio iuris Canon. rubr. 26.

S V M M A R I V M.

- 1 Baptismi omisio non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.
- 2 Ordines assumens ille qui non est baptizatus se tamen baptizatum credens, aut illos receperit, Christive corpus celebrando conficiat, ostenditur.
- 3 Baptismus praesumitur in mortuo.

CAP. Apostolicam. II.

Innoc. III.

1 Presbyter non baptizatus si mori contingat, saluatur, quia perseverantia in fide, & confessione Christi, hoc est, Baptismus in voto quando non potest in re, soluit peccatum originale, ex Augustino, & Ambrosio, & sic possumus offerre sacrificia, & preces in Ecclesia pro eo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 440. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 541. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 45. c. 2.

2 Quæstio est dubia in presenti text. disputari solita, utrum ille, qui non baptizatus, se tamen baptizatum credens (vipote si natus è Christianis parentibus, atque adeo inter Christianos fideliter conversatus fuerit,) Ordines procuravit assumere, illos receperit, Christive corpus celebrando conficiat quod sibi aliis que pro sit tanquam Sacramentum? in qua gloss. fin. in presenti arbitratur istum non esse Sacerdotem, neque conficere, sed bene quoad se, qui credebatur conficere, & quoad alios idem credentes tanquam verum Sacramentum conficere, sibi que & recipientibus prodesse, Aug. verò in sum. verb. Baptismus 7. num. 12. putat hunc Sacerdotio insignitum conficere non in virtute sua, sed Ecclesiae, falsò tamen id S. Thomae tribuens. Verum S. Thom. in 4. sentent. dist. 24. Affirmat Ordinem non recipere, nec conficere, nec absolvere, piè tamen credendum censet summum Sacerdotem quoad effectus Sacramentorum supplere, neque fore permittendum hoc ita latere, cum inde maximum Ecclesiae posset imminere periculum, sequuntur Sylu. verbo Baptismus 6. n. 3. & Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 4. circa finem, vers. ad veritatem, Campanil. in diversorio iuris Canon. rubr. 2. n. 23. vbi n. 24. differit an, qui caret Baptismo si fuerit in Episcopum assumptus, aliis conferat Ordines.

3 Notatur hic text. ad hoc, quòd Baptismus praesumitur in mortuo, vt per Afflict. in constit. Neapolit. incip. si damna clandestina, rubr. 17. num. 8. lib. 1. Iacob. Castell. de canonizatione Sanctorum, q. 4. art. 2. n. 5. vbi D. Contelor. in addit. num. 12. & 13. resoluit quod

Baptismus in vivente non praesumitur, & citat Alciat. de praesumpt. reg. 2. praesumpt. 4. num. 1. Menoch. in simili tract. lib. 6. praesumpt. 14. n. 7. Afflict. d. rubr. 26. num. 68.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinari non potest qui non fuerit baptizatus, & si de facto ordinetur, non recipit Ordinis characterem, licet credatur baptizatus.
- 2 Baptismus est fundamentum omnium Sacramentorum.
- 3 Ordinis characterem minime recipit non baptizatus.
- 4 Anima in favorem tutius est sequendum.
- 5 Ordinatus, vel absolutus ab Episcopo non baptizatus salus fit propter fidem Sacramenti.
- 6 Baptizatus praesumitur natus inter Christianos.

CAP. Veniens. III. & ult.

Q Vamvis aliqui existimaverint non baptizatum si ordinetur accipere characterem, quia etiam non per Sacramentum Baptismi, saltem per Fidem factum est membrum Christi habens in se fundamentum, id est, Christum, praesertim quia sine hoc Sacramento potest sumi Sacramentum coniugij, ergo & Ordinis, tamen quia Concil. in c. 1. supra hoc tit. determinat oppositum tanquam tutius, ideo Presbyter non baptizatus est iterum baptizandus, & ordinandus, nec dicitur reiteratum quod ambigitur esse factum, nec male de Sacramento sentitur cum ex necessitate, non ex contemptu relinquatur. Item, qui est natus ex parentibus Christianis, & inter Christianos est fideliter conversatus, ita praesumitur esse baptizatus, vt hæc suspicio sit habenda pro certitudine donec evidentiis argumentis forsitan contrarium probaret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Host. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 440. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 541. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 5. Decretal. lib. 3. tit. 21. cap. vnic.

Vt cum Baptismus sit fundamentum omnium Sacramentorum. Vide Campan. in diversorio iuris Canon. rubr. 1. n. 15. Si enim respiciamus Ordinem essentialem Sacramentorum, Baptismus sibi vendicat primum locum, est enim ianna omnium Sacramentorum, ita alia Sacramenta inualide suscipiantur nondum suscepto Baptismo, praeterea si suscipiamus ordinem necessitatis, primum locum tenet Baptismus, deinde Penitentia, quia nullus salvari potest sine Baptismo, vel etiam sine Penitentia post lapsum in peccatum. Si vero recipiamus ordinem perfectionis, primum locus debetur Eucharistiae, quia continet Christum veræ sanctitatis Auctorem, S. Thom. 3. q. 65. art. 3. in corpore, vbi Nugens concl. 1. & Coninch. art. 1. & 3. Valent. tom. 4. disp. 3. q. 6. puncto 3. Henric. in sum. lib. 5. c. 6. §. 5. Charnet. de Sacram. c. 6. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 6. c. 3. quest. vnic.

Notatur etiam ad hoc quòd non baptizatus minime recipit characterem Ordinis, vt per Fr. Emmanuel. in sum. tom. 2. c. 17. num. 10. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 5. punct. 3. n. 3. & disp. 3. q. vnic. punct. 5. n. 7. & alios relatos ad c. 1. n. 2. sup. hoc tit.

Quod tutius est sequentes. Notatur ad hoc, quòd in favorem animæ tutius est sequendum, vt per Tirac. de privilegiis pie causae, privi. 165. & de retract. lig. §. 9. gl. 3. n. 9. Nau. in man. preb. 1. n. 3. & 4. c. 2. §. 6. Riminal. cons. 358. a. n. 260.

Sed

De Custodia Eucharistiæ, &c. Tit. XLIV. 423

5 Sed per fidem Sacramenti.] Notatur ad hoc quod ordinatus, vel absolutus ab Episcopo non baptizato saluus sit propter fidem Sacramenti, vt per Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 1.*

6 Et certe de illo, qui natus est de Christianis, &c.] Vide dicta ad cap. de quibus 2. vers. tertio inferitur, de Baptismo. Natus enim inter Christianos præsumitur baptizatus, Iacob. Castellan. in tract. de canonizat. Sanctorum q. 4. art. 2. n. 6.



De Custodia Eucharistiæ, &c.

TIT. XLIV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Guillem. Durand. in breuiario aureo, fol. 116. verso, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 176. Martin. Meliart. in epitom. Decret. fol. 150. verso, Petr. de Rau. in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 508. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthagen. in exposit. tit. iuris Canon. Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tit. vide Bernard. & Salzed. in pract. Canon. c. 45. in nouiss. edit. Fusc. de visitat. & regimine Ecclesiarum, lib. 1. c. 5. & 6. Et de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento in Sacrario conseruanda, vide Henric. in sum. lib. 8. c. 1. §. 7. in commento lit. V. Cened. ad Decretal. collect. §. 1. n. 1. Zerol. in prax. Episc. p. 1. verbo Eucharistiæ, Cardin. Baron. tom. 1. annu. Ecclesiæ anno Christi 57. pag. mibi 566. Iacob. Gretser. de sancta Cruce, tom. 1. lib. 2. c. 33.

S Y M M A R I V M.

- 1 Eucharistiæ, & Chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri, & contra facientes sunt puniendi.
- 2 Chrisma, consecratione oleum catechumenorum, & infirmorum quomodo asseruandum sit, ostenditur.
- 3 Eucharistiæ Sacramentum furans quibus penis sit puniendus, ostenditur, & n. 4.
- 4 Clericus, qui non diligenter custodierit Eucharistiæ Sacramentum, ab officio tribus mensibus suspenditur, si verò inde aliquid nefarium aduenierit, iudicis pena arbitraria puniatur.

C A P. Statuimus. V.

Innoc. III.

Eucharistiæ, & Chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri, & si is ad quem spectat custodia, incaute illa relinquit, suspendi debet ab officio tribus mensibus, & si pro eius incuria nefandum quid acciderit, grauiori pena puniri debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viu. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 440. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 542. remissimè Ximen. in concord. p. 1. defumit ex Conc. generali Lateranen. sub Innoc. III. c. 20. & refertur ab Ant. August. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 34. de Baptismo c. 2.

Barbof. Collect. Tom. II.

Chrisma, & Eucharistiæ sub fideliter custodia, &c.] Circa Chrismatis, consecratione olei catechumenorum, & infirmorum asseruationem eleganter Fusc. de visitat. lib. 1. c. 6. n. 14. hæc animaduertit. Atque adnotetur in quibus vasibus asseruentur, quod sint argentea, vbi facultates Ecclesiæ suppetunt, vel saltem stannea, bene cooperta, & cum inscriptione sua de oleo, quod in vnoquoque vasculo continetur, ne in administratione confusio eueniat, errorque succedat vnum pro alio administrando, loco honesto, & decenti recondantur, non tamen in tabernaculo sanctissimæ Eucharistiæ, vbi nihil præter ipsam stare debet, nec patiatur eadem tria verba stare vnita, sed vas olei infirmorum omnino separatim ab aliis, potest tamen ferri, quod in multis seruatur Ecclesiis, vasa Chrismatis, & olei Catechumenorum esse inncta cum bombyci mixtum oleo, quæ tamen retineantur debita solemnitate omni macula purgata, & sub clauibus fideliter custodiantur. Circa verò custodiam sub qua habenda est sanctissima Eucharistiæ, dixi ad cap. sancto de celebrat. Missar.

Ne possit ad illum temeraria manus, &c.] Sceleratissimum hominem, qui furatus fuit Calicem in quo aderat sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ & illud manducauit, fuisse in loco Ecclesiæ suspensum, & postea in frusta scissum, testantur Boet. decis. 2. §. 4. n. 15. in fine, & plures quos refert Farin. in praxi crimin. q. 72. n. 62. Petr. Gregor. syntagm. iuris, lib. 37. c. 1. §. sub ut. de panis veri sacrilegi, n. 2. an sine, vers. ego semper, vbi dicit semper in ea fuisse opinionem quod sacrilegi, qui impia & detestanda manu sacram Eucharistiæ contrectauerint, seu arculam, qua reponitur, tollerent, igne vini comburendi sint ob sacrilegium, & impietatem, Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 30. n. 38. & c. 32. n. 6. asserit sacrilegium commissum in Eucharistiæ grauius esse, quàm occidere Papam.

O indignum facinus, eò ergo processit hominum furor, vt quod demones ipsi vererentur, credunt, & contremiscunt, quod ipsi demones aspicere non audent, homo demone ipso (quantum ad hoc) peior fiat, vt Sacrosancta esca, & potu vitali, cælesti alimonia, pane vitæ, esca vitæ, vita ipsa, poculo æternæ salutis, conuiuio dominico, viatico tanto peregrinationis nostræ, pascuere Christianorum, manna abscondito, pane Cæli, pane Angelorum, Sacramento Sacramentorum, spe salutis nostræ, salute nostra ipsa in sacrilegis abutuntur superstitionibus. O bone Iesus, iterum Iudam? adhuc facillites, & carnifices Crucifigentes? etiamnum membra Diaboli in sanctissimam Carnem, & pretiosissimum Sanguinem tuum lauentes sustines? quàm verè scriptum est: Miserationes tuæ super omnia opera tua.

Si verò is, &c.] Notatur ad hoc quod clericus, qui non diligenter custodierit Eucharistiæ Sacramentum ab officio tribus mensibus suspenditur, si verò inde aliquid nefarium euenierit, iudicis pena arbitraria puniatur, vt per Bernard. in pract. c. 45. in nouiss. edit. Me-noch. de arbitr. casu 410.

S Y M M A R I V M.

- 1 Suppellectilia in Ecclesiis poni non debent nisi necessitas urgeat. Ecclesiæ debent sua vasa, & vestimenta munde tenere.
- 2 Laicorum, & clericorum ornamenta propria, & suppellectilia in Ecclesiis poni non debent nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina.
- 3 Promissionis causa cessante, cessat & ipsa promissio.

N n

Necess